UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda

Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius

Lvgdvni, 1536

Capvt XI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

Visual Library

Hic tamen interea ſudantem operic̨ʒ vacantem
Non'ne piger lucri quiſquis tædenſc̨ʒ laboris
Inſanire putet: cura quòd ſolus inani
Aeſtuet, & rebus nolit pereuntibus vti?
Sic epulans parcum, ſic largum quiſquis auarus,
Sic nudum raptor, ſic caſtum ridet adulter.
Sic circum ſcribens illuſo ſimplice gaudet
Sic ſapuiſſe dolet diues cum congregat aurum
Spargentem nummos varios in pauperis vſus:
Conſumptis opibus miſerum ratus eſſe beatum.
Ergo repentinum iudex quum cerneret orbi
Aduentare diem, finis ſic protinus inquit
Imminet, vt iuſti quondam, ſub tempore Noë Matth. 24.
Diluuium varios mundi quum repperit actus.
Et carnem conſumpſit aquis opifexc̨ʒ ſalutis
Euaſit facto diffuſa pericula clauſtro.
Hæc euangelicis ſunt inclamata figuris.

CAPVT XI.

PRouidus interea conſummat cõditor archã.
Tũc iuſſæ accurrũt volucres, tũc beſtia quęc̨ʒ
Conſuetum linquens ſyluoſo tegmine luſtrum,
Depoſita feritate venit: ſeſec̨ʒ tenendam
Ingerit occurrens, & libertate relicta

Includi gaudet, tantū decreta futuri
Vis valet: occultus brutis in ſenſibus ardet
Terror, & expectans agitat formidine mentē.
Aſt homines quos ſors certi diſcriminis vrget
Vicina nec morte pauent: ſic vindice cœlo
Securos lętoſq; reos tellure Gomorræ,
Iam prope ſub flammis ſentētia dicta videbat.
At contra Niniuæ populis terrore ſalubri
Pręualuit pro pace metus: iā venerat illuc
Iuſſus multū ille, & terris iactatus & alto,
Ionas. Qui clamaturus tante diſcrimina plebi
Diluuium timuit mundo conſtante propheta.
Hauſerat hunc valido peruadēs belua rictu,
Ionæ.2. Immerſumq; mari ventris concluſerat archa:
Deglutire virū, fauces implere capaces
Non licuit, mordere tamen, nil dentibus actū eſt
Sed cupidū intrauit deludens pręda vorantē:
Inuaſuſq; cibus ieiunavixit in aluo.
Dumq; illū ternos agitaſſet belua ſoles
Et noctes totidem ac littus vacuanda viderent,
Tunc caſtigatū vomuere ergaſtula paſtum.
Vt monſtro exutus vates, cœlumq; recepit
Ionæ.3. Contingens terras: magnā tunc percitus vrbē
Terribili

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Terribili cũ voce petens vis criminis inquit
Ardentes niſi pœniteat, purgabitur igni.
Iamq́ venit finis, lentũ eſt hoc dicere vênit,
Non plus fatus erat, totus coniurat in omne
Lamẽtum populus, concurrunt vndiq́ fletus,
Pectora tunduntur, cœlum ſuſpiria pulſant:
Mollibus abiectis cilicũ dant tegmina ſetę,
Inq́ cibos cineres, lachr ymas in pocula fundunt.
Ipſe etiam dignus tali qui tempore princeps
Ante aciem flentũ portet vexilla ſalutis.
Atq́ nouũ dictu, metuens diſcrimina vincat.
Proijcit hinc ſceptrum, linquit ſublime tribunal
Pallia blattarum ſpreto diffibulat auro,
Serica deſpiciens atq́ aſpera tegmina ſumens.
At pius ex alto contemplans talia rector,
Exertas reuocat ſedatis motibus iras:
Vibratumq́ tenens reſtringit miſsile ferrũ.

CAPVT XII.

ERgo vbi collegit ſylueſtres vndiq́ ſexus:
Incluſitq́ feras pecudũ, tunc eligit illa
Sumere quę licitũ eſt, & ob id iã mũda vocantur.
Hinc centũ ſeptena dedit viuẽtia clauſtro:
Vt ternis paribus ſeruato ſemine ſaluis